



**Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē**

**Barbosa, Agostinho**

**Lipsiæ, 1697**

Cap. XXXIV. De Nundinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)



rum sententia, ut ille explicat *num. seq.* procedit tantum ad effectum, ut actus idem à principio nulliter gestus confirmetur, & valeat ut ex tunc.

Non obstat text. in *cap. auditis 29. de elect.* ubi electio nulla propter defectum consensus electorum, non valet ut ex nunc etiam iisdem consentientibus, propter regul. d. *cap. non firmatur*. quicquid aliud intendat, gloss. ibi post med. & in d. *cap. auditis. verb. ex post facto. gl. verb. tractatus, in cap. 1. de rebus Eccles. non alien. lib. 6.* & utrobique Doctores. Verius videtur, electionem illam non constitui validam etiam ut ex nunc, quia consensus ille superveniens non sufficiens fuit ad electionem novam constituendam per se absque auxilio illorum, quæ nulliter præcesserunt, & quæ oportuit de novo iterari.

## CAPUT. XXXII.

## Numerus, vid. infra Singularis &amp; Septenarius.

## Axioma I.

De numeri principio idem est, quod de numero. *l. maritus adiunct. gloss. C. de procur. ibidemq. Cyn. Paul. de Castr. & Alex. Imol. Cyn. in l. non ideo minus. C. de hered. instit. Everard. in loc. Topic. loc. à vi numerum. 2.*

## II.

Numerus pluralis concipit singularem. *l. non est sine liberis 184. ubi not. Alciat. ff. de V. S. cum aliis traditis per Tiraq. in l. si unquam. in vers. susceperit liberos. num. 241. Bertazol. i. consult. decif. cons. 98. n. 32.*

## III.

Unicum certamen vel specimen non sufficit, sed requiritur ut athleta, miles, studiosus tertio se strenue gesserit, si præmium mereri velit. *Perez. C. de athlet. n. 6. 8.*

## IV.

Supernumerarii ordinarii non præjudicant, nec quicquam adimunt. *Perez. C. de Collegiat. n. 9. 10. licet pro se habeant Rescriptum principis. Brunnem. ad lum. C. ad n. 2.*

## V.

Número duorum contenta est pluralis locutio. *c. si testes 3. §. ubi 4. q. 2. ideoque ubi numerus testium non adjicitur, regulariter duo sufficiunt. d. c. si testes. §. ubi 4. q. 2. l. 9. C. de testib. l. ubi. num. 12. ff. eod. c. 23. c. 28. extr. de testib. Deut. 19. v. 9. Matth. 18. v. 16. nisi quando lex ipsa plures requirat, quemadmodum per plures casus ostendunt Speculat. de testib. §. 11. num. 1. & seqq. Vasq. l. 1. contr. 14. num. 3. Donell. ad l. 9. p. 192. C. de testib. Farin. de test. q. 63. num. 239. Umm. in disp. ad process. disp. 16. th. 6. num. 42. vid. infr. lib. 15. c. Pluralis.*

## VI.

Número præfertur autoritas. *c. Ecclesia 37. extr. de elect. numero enim majori non semper statuitur, nisi sit sanior. d. c. c. q. v. casu si numerus multum excedat, auctoritati præponi solet. cap. dudum 28. extr. de elect.*

## VII.

Numerum non augeat persona electi, nec in numerum eligentium computatur. *c. humana 30. extr. de elect.*

CAP. XXXIII.  
De Nuncio,

## Axioma I.

Quoties de facto nuncii propriis quæritur, toties plenam meretur fidem; quoties verò de alieno, toties semiplenam tantum. *l. apparitores 5. C. de ex. act. Tribut.*

Ratio: quia in factis propriis fides ejus publicæ auctoritate est electa, & juramento confirmata. Inde in his pro eo præsumitur, & fides ipsi habetur, non verò in alienis. *Gallilib. obf. 54. n. 4. 5.*

Exempl. Ita ergo creditur nuncio dicenti, se executum esse citationem, & citatum personam liter invenisse. *Simon van Löwen in Process. Forens. p. 2. lit. c. g. m. 4.* Econtra non creditur ipsi dicenti, se à citato verberatum; *Es habe sich der Citirte wider ihn vergrißsen, oder unbescheldener Reden verlauten lassen. Menoch. lib. 2. arbit. Jud. quest. cas. 112. n. 15.*

Limita, ut procedat (1.) de nuncio jurato & publico. (2.) ut contra nuncii relationem semper adhuc admittatur probatio in contrarium. *Mascard. de probat. concl. 112. num. 26.* (3.) ut ultimo præmissis casu judicis arbitrium non excludatur.

## II.

Publicæ latitiæ nunciis modicum donari potest, immodicum nec exigere, nec accipere à sponte solventibus possunt. *l. 2. C. publ. latitia. ibiq. Brunnem.*

## III.

Nunciis insignia, Bethen-Zeichen habentibus creditur. *Ayrer in process. C. 4. n. 2. 4.*

CAP. XXXIV.  
De Nundinis.

## Axioma I.

In Nundinis res & personæ arrestari nequeunt, nisi in iis quis contraxerit, aut solutionem receperit. *Lum. C. de Nund. vel debitum sit juratū, aut quis immunitati temporis lociq; renunciet, Moler. l. 1. Sem. 12. Coler. de Process. Execut. P. 2. cap. 3. n. 156. Peck de fure sist. cap. 10. n. 3. Renunciatio verò illa non valet, nisi sit specialis & expressa. Peck d. l. cap. 12. n. 2.*

## II.

Nundinæ singulari protectione & securitate gaudent, vulgò *Messend Jahrmarchts Schutz*. *Mager. de advocat. cap. 15. n. 18.*

## III. Nun-



## III.

Nundinæ minùs solennes sive provinciales, quæ in specie dicuntur *Zahrmärkte*, instituuntur ab inferioribus Statibus Imperii vi Jurisdictionis territorialis. Limn. *de Jure Pub. lib. 4. c. 8. num. 311. seq.* Solennes verò seu universales Imperatoriâ autoritate instituuntur, ubi ex toto Imperio homines conveniunt, ut Francofurti, Lipsiæ &c. l. 1. ff. *Lun. C. de nundin.* Besold. *voc. Mess.*

## Nuptiæ, vid. Rubr. de Matrimonio.

## CAP. XXXV.

## De Nuptiis secundis.

## Axioma I.

Quamdiu de morte alterutrius conjugis non constat, tamdiu nuptiæ secundæ non sunt concedendæ. Ratio est in 1. *Cor. 7. v. 39.* & quia vinculum conjugale prius hæc ratione adhuc durat. l. 14. §. 3. ff. *qui & à quib. manumissi* Exempli loco hinc colligitur, mortem alterius conjugis regulariter esse probandam.

Limita: nisi Conjux alter malitiosè abfuerit. Carp. *Jurispr. Confist. l. 2. def. 170.*

## II.

Quoties ex parte nocente gravius delictum metuendum, toties indictâ multâ transitus ad alia vota permittitur, quia delictis quovis modo obviandum.

Limita, ut tamen prius tentetur, an incarceratione incontinentia partis possit coerceri: quod, si fieri non possit, copulatio sine solennibus permitti solet. aut partibus injungi, ut aliò se conferant. Carpzov. *Jurispr. Eccles. P. 2. Def. 191.*

Quousque intra annum luctus permittitur secundæ nuptiæ, vid. LUCTUS.

## CAPUT XXXVI.

## Nutus.

Nutus non est nota rerum, sed consensus indicium. Goedd. in *Commentar. ad rub. ff. de V. & num. 8.* in his enim, quæ verba non requirunt, nutus quidem sufficit ad arguendum consensum vel dissensum. *lin quibuscumq. 48. l. obligamus 52. in fin. ff. de O. & A.* animi tamen possessionem ac motum planè non prædit. Quam ob causam nutus in heredis institutionibus, stipulationibus, sententiis dicendis, alijsq. similibus, quæ deliberatum, non levem requirunt animum aut consilium, non sufficit, cum verbis opus sit. l. 1. §. 1. *ibi contra si sine verbis.* ff. *de V. O.*

## Finis Libri Duodecimi.

